UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

P. Vergili Maronis Bvcolica

Vergilius Maro, Publius

Bonn, 1915

V

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5243

Visual Library

V

Menalcas Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare levis, ego dicere versus,
Hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?
Mopsus Tu maior; tibi me est aecum parere, Menalca,
Sive sub incertas zephyris motantibus umbras,
Sive antro potius succedimus. Aspice, ut antrum
Silvestris raris sparsit labrusca racemis.
Me. Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.
Mo. Quid, si idem certet Phoebum superare canendo?
Me. Incipe, Mopse, prior, si quos aut Phyllidis ignes
Aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri.
Incipe, pascentis servabit Tityrus haedos.
Mo. Immo haec, in viridi nuper quae cortice fagi
Carmina descripsi et modulans alterna notavi,
Experiar; tu deinde iubeto, ut certet Amyntas.

---

8 certet *P* *Rhet. lat. min. 56, 10 H.* *Arusianus GLK VII 459, 2*
15 ut *om.* *P* ς

V Theocr. I. V Nemes. I **1** *sqq.* VII 1 Calp. I 6 nos quoque vicinis cur non succedimus umbris? II 5 sub ulmos conveniunt **2** Theocr. VIII 4 ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν Moretum 61 calamo levi harundo Nemes. I 4 calamos inflare labello II 19 Idas calamis et versibus Alcon IV 2 calamis et versu doctus uterque Symm. VII 60, 2 nostrum est pastorales inflare calamos **3** Theocr. I 21 δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα 12 V 32 τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας **4** Hom. Il. I 259 ἀλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο Nemes. I 23 et parere decet iussis **5** Val. III 595 motas . . ad umbras **6** *sqq.* Calp. VI 65 si placet, antra magis vicinaque saxa petamus, saxa, quibus viridis stillanti vellere muscus dependet *eqs.* Claud. c. min. XXV 2 vitibus intexti gremio successerat antri **9** VII 22 (Theocr. I 3 VII 100) Stat. s. V 3, 11 Martemque aequare canendo **10** Ov. tr. II 537 Phyllidis hic idem (Vergilius) teneraeque Amaryllidis ignes bucolicis iuvenis luserat ante modis *(de Mopso vd. Deuticke p. 268)* **12** Theocr. I 12 λῇς . . συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ III 1 αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει **13** Theocr. VII 50 κἠγὼ μὲν . . τοῦθ', ὅτι πρᾶν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα XVIII 47 γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται Calp. I 20 sacra descripta est pagina fago 24 alto cortice descriptos versus III 43 Nemes. I 29 Prop. I 18, 22 — Tib. I 8, 44 Ov. ars II 649 Man. I 856 viridi cortice **14** X 51 Carm. ep. 1319, 6 cantu modulans alterna

Me. Lenta salix quantum pallenti cedit olivae,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Set tu desine plura, puer; successimus antro.
Mo. Extinctum nymphae crudeli funere Daphnin
Flebant (vos coryli testes et flumina nymphis),
Cum complexa sui corpus miserabile nati
Atque deos atque astra vocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem
Libavit quadrupes nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum montesque feri silvaeque locuntur.
Daphnis et Armenias curru subiungere tigris
Instituit, Daphnis thiasos inducere Bacchi
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.

---

19 *versum Mopso dant vulgo* **27** gemuisse *R* **28** ferunt *P*

---

16 *sq.* Theocr. V 92 ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος (*schol.* μεταξὺ θάμνου καὶ δένδρων) οὐδ' ἀνεμώνα πρὸς ῥόδα XII 3 ὅσσον — ὅσσον — τόσσον Ciris 148 pallentis . . olivae Augustin. de mor. Manich. XVI 42 in olivae foliis pallentibus — Sedul. I 46 neglectisque rosis saliuncam sumitis agri Anth. lat. 686, 4 *(s. IX?)* puniceis humilis q. s. r. **19** IX 66 Anth. lat. 687, 45 *(s. IX?)* desine plura, hiems Symm. ep. I 46, 2 plura desino **20** *sqq.* Theocr. I 64 *sqq.* — g. III 263 Aen. IV 308 (XI 53) Dracont. laud. I 472 Venant. Mart. I 180 app. VIII 1 Carm. ep. 588, 6; 1026, 1; 1143, 2; 1218, 5; 1440, 3; 1738, 3; 1820, 1 crudeli funere 1402, 3 extinctus crudeli funere natus **22** Aen. XI 59 Ov. m. IV 158 Il. lat. 840 Stat. Th. X 409 miserabile corpus Ov. m. XIII 488 Coripp. Ioh. VII 177 corpus conplexa Paulin. Petr. IV 270 cum subito exanimum nati conplexa cadaver mater adest 279 funus miserabile nati **23** g. IV 356 Carm. ep. 1141, 14 infelix mater tollit ad astra manus incusatque deos **24** *sqq.* IX 24 Theocr. I 74 IV 14 οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι (ταὶ δαμάλαι) Mosch. III 23 αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις πλαζόμεναι γοάοντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι Nemes. II 29 nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae Luciferis, nullo libarunt amne liquores **26** Ov. m. X 87 Claud. XXVI 147 (Liv. I 24, 5 Hilar. Gen. 101) graminis herbae **27** Theocr. I 71 τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο, τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα (*cfr. schol.* τινὲς αἰτιῶνται τὸν Θεόκριτον καί φασιν ἐν Σικελίᾳ λέοντα μὴ εἶναι) Ciris 135 ille etiam Poenos domitare leones et validas docuit vires mansuescere tigris **28** Theocr. VII 74 χὡς ὄρος ἀμφεπονεῖτο καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν Nemes. I 74 **29** Tib. III 6, 15 Armenias tigres . . leaenas Prop. I 9, 19 Arm. tigres Ov. m. VIII 121 XV 86 Armeniaeque tigres iracundique leones Ciris 136 (*ad v.* 27) — Manil. IV 231 libet subiungere currus **30** Theocr. XXVI 2 θιάσως . . ἄγαγον **31** Ciris 502 mollis . . intexens pluma

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis. Postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium et steriles nascuntur avenae;
Pro molli viola, pro purpureo narcisso
Carduos et spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
Pastores, (mandat fieri sibi talia Daphnis)
Et tumulum facite et tumulo super addite carmen:
'Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
Formonsi pecoris custos, formonsior ipse.'

---

38 viola et *R* (*P*₁) purpurea *Diomedes GLK I 453, 36* **40** aras *R*

---

32 *sqq.* Theocr. XVIII 29 πιείρᾳ δ' ἅτε λᾷον (?) ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ ἢ κάπῳ κυπάρισσος . ., ὧδε καὶ . . Ἑλένα Λακεδαίμονι κόσμος VIII 79 τᾷ δρυὶ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα, τᾷ βοὶ δ' ἁ μόσχος Mosch. III 66 — Ov. am. I 10, 55 III 7, 33 m. VIII 676 XIII 813 XV 77 Nemes. III 41 IV 48 Iuv. XI 72 Ps. Tertull. de iudicio 4 Auson. ep. XVIII 3 p. 254 P. vitibus uvae **33** Ov. ars I 360 ut seges in pingui . . humo **34** Sedul. hymn. I 47 Carm. ep. 755, 7 tu decus omne tuis Eleg. in Maec. I 18 tu decus Auson. profess. XXIV 11 p. 70 P. tam decus omne tuis Paulin. Nol. XXVIII 65 decus omne Coripp. Iust. I 149 tu decus imperii lumen — (Aen. II 34) Ov. tr. I 3, 101 Anth. lat. 558, 4 Carm. ep. 417, 6; 420, 13; 422, 8; 1409, 8 fata tulerunt **35** Hesiod. op. 197 Ov. m. I 149 — Calp. VII 22 Nemes. II 55 Pales . . Apollo **36** g. I 223 Manil. III 664 mandant et sulcis Cererem Ennod. c. I 8, 45 grandia per validos commendo semina sulcos Coripp. Iust. II 241 sulcis semina mandat **37** = g. I 154 Enn. Var. 31 V. avenam lolium crescere Ov. f. I 691 loliis . . nec sterilis culto surgat avena solo Iuvenc. III 7 at lolium infelix Calp. IV 115 malignum . . lolium nec inertibus albet avenis Laus Pis. 234 sterili . . cantasset avena Prud. ham. 215 lolium . . vacuis . . avenis Arnob. II 59 Ambros. de off. II 5, 21 Prosper de ingratis 350 Alcim. Av. III 165 nam pro triticeo lolium consurgere fructu . . vacuasque dolebis avenas **38** *sq.* Theocr. I 132 νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι, ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος XXIV 89 παλιούρου Aen. XI 69 Manil. V 257 pallentis violas et purpureos hyacinthos Petr. 131, 8, 8 ac molles violas **39** Colum. X 22 spinisque ferat paliuron acutis Prud. apoth. 56 in spinis volitabat acutis Cyprian. Gall. Gen. 121 carduus et sp. multum p. a. Sedul. I 279 carduus et sp. surgat p. a. II 28 e spinis mollis rosa surgit acutis **40** IX 19 *sq.* Hilar. de evang. (CSE XXIII 270) 9 spargit humum violis **42** Theocr. XXIII 43 χῶμα δέ μοι χῶσον (?) . . γράψον καὶ τόδε γράμμα **43** Theocr. I 120 Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων Aen. I 379 Venant. c. VI 5, 229 Martini ad sidera noti vit. Mart. praef. 33 **44** Dirae 32 formonsaeque cadent umbrae, formonsior illis ipsa cades

Me. Tale tuum carmen nobis, divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.
Nec calamis solum aequiperas, set voce magistrum;
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim
Dicemus Daphninque tuum tollemus ad astra;
Daphnin ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis.
Mo. An quicquam nobis tali sit munere maius?
Et puer ipse fuit cantari dignus, et ista
Iam pridem Stimichon laudavit carmina nobis.
Me. Candidus insuetum miratur limen Olympi
Sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.
Ergo alacris silvas et cetera rura voluptas
Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.
Nec lupus insidias pecori nec retia cervis
Ulla dolum meditantur; amat bonus otia Daphnis.
Ipsi laetitia voces ad sidera iactant
Intonsi montes; ipsae iam carmina rupes,

---

45 nobis carmen ς *[Probus] de ult. syll. GLK IV 233, 32* **46** lassis *R* **56** lumen *Serv. ecl. VII 5 (non II 46)* **58** alacres *R* **59** dyradesque *R* **61** modum R_1 **63** ipsa etiam *R* carmine *Peerlkamp*

Colum. X 299 formoso Nais puero formosior ipsa — Val. VI 640 pecoris custos Stat. Th. I 581 **45** *sqq.* Theocr. I 1 ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς . . ἁδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ 7 ἅδιον, ὦ ποιμήν, τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχὲς τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ VIII 76 ἁδὺ τὸ πνεῦμα . . . 78 ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοτεῖν VII 89 θεῖε Κομᾶτα Paulin. Nol. XXII 157 tunc te divinum vere memorabo poetam et quasi dulcis aquae potum tua carmina ducam Anth. lat. 908, 1 dulce sopor fessis et terris flumina siccis **47** Gratt. 522 sitim producere rivi Manil. V 534 rivo saliente Augustin. en. in psalm. 113 I 11 fons aquae salientis **49** II 38 **51** IX 29 Aen. III 158 Hor. s. II 7, 29 tollis ad astra Sil. III 164 VII 94 Carm. ep. 296, 13 **54** Nemes. I 24 namque fuit dignus senior, quem . . concinerent **55** Calp. VI 83 VII 9; 13 Stimichon **56** *sqq.* Luc. IX 12 sqq. — Hor. epod. III 9 candidum . . mirata est **57** Claud. XVII 210 sub pedibus nimbos . . calcat XVIII 173 vidit sub pedibus leges Carm. ep. 688, 16 subiectasque videt nubes et sidera caeli **59** g. I 11 Culex 115 Panes . . Dryadesque . . puellae Claud. XXVIII 199 Pana . . Dryadas Carm. ep. 369, 12 Engstr. Dryades puellae **60** Theocr. XXIV 86 (*ad* IV 22) g. III 537 Hor. epod. XV 7 dum pecori lupus . . infestus Cyprian. Gall. fr. 14 p. 211 P. nec lupus insidians — g. I 307 III 413 Ov. her. IV 41 pressisque in retia cervis ars I 45 m. VII 701 Sil. II 97 **61** Augustin. en. in psalm. 35, 2 meditatur dolos et insidias 3 — Auson. ep. XXIX 31 p. 286 P. amant longa otia culpam **62** Lucr. II 327 clamoreque montes isti reiectant voces ad sidera mundi

56-80 ~

Ipsa sonant arbusta: 'deus, deus ille, Menalca!'
Sis bonus o felixque tuis! en quattuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo.
Pocula bina novo spumantia lacte quotannis
Craterasque duos statuam tibi pinguis olivi,
Et multo in primis hilarans convivia Baccho
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
Vina novom fundam calathis Ariusia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;
Saltantis satyros imitabitur Alphesiboeus.
Haec tibi semper erunt et cum sollemnia vota
Reddemus nymphis et cum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
Ut Baccho Cererique tibi sic vota quotannis
Agricolae facient; damnabis tu quoque votis.
Mo. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?

---

66 duoque alt. *Serv. plen. Aen. III 305* **68** duos ς duo *PR Serv. plen. hic et ad VI 18 Non. 545, 29 (?)* **80** voti R_1

---

64 Aen. VI 46 Lucr. V 8 deus ille fuit, deus, inclute Memmi Hor. epod. XIV 6 deus deus Stat. Th. V 751 deus iste, deus s. IV 6, 36 Nemes. III 63 deus ille, deus Gratt. 96 deus ille **65** Aen. I 330 Paulin. Nol. XIII 31 sis bonus o felixque tuis [Anth. lat. 940, 15] — Aen. V 639 **66** Theocr. XXVI 5 ἐν καθαρῷ λειμῶνι κάμον δυοκαίδεκα βωμώς, τὼς τρεῖς τᾷ Σεμέλᾳ, τὼς ἐννέα τῷ Διονύσῳ **67** *sq.* Theocr. V 53 στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος ταῖς Νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω — Aen. III 66 (= Prud. apoth. 472) Val. I 260 nec valido spumantia pocula Baccho — g. II 85; 425 Iuvenc. IV 211 pingui . . olivo Claud. carm. min. XXXI 40 Cyprian. Gall. Gen. 308 Num. 116 Orientius I 119 Alcim. Av. VI 477 **68** *sqq.* Theocr. VII 63 κἠγὼ τῆνο κατ' ἆμαρ ἀνήτινον ἢ ῥοδόεντα ἢ καὶ λευκοίων στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρατῆρος ἀφυξῶ πὰρ πυρὶ κεκλιμένος Sil. XI 51 exhilarare viris convivia caede **71** *sqq.* Theocr. VII 153 τοῖον νέκταρ (*schol.* διὰ τὴν ἡδονὴν τὸν οἶνον εἶπε) ἔπεισε κατ' αὐλία ποσσὶ χορεῦσαι **72** Theocr. VII 71 αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς, εἷς δὲ Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ Carm. ep. 459 Engstr. cantabunt mihi **74** *sq.* Paulin. Nol. XXVII 111 reduci sollemnia voto XXVIII 2 Augustin. de ord. I 8, 25 redditisque deo quotidianis votis *al.* Carm. ep. 173, 3 Engstr. solemnibus optime votis **76** *sqq.* I 60 Aen. I 607 *sqq.* Nemes. II 50 *sqq.* **77** Theocr. IV 16 μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ Hes. scut. 393 **78** = Aen. I 609 (Carm. ep. 1786) Damas. XXX 4 sanctus honor semper laudesque manebunt Coripp. Iust. I 88 aeternam famam laudemque et nomen habebis Carm. ep. 598, 1 nomina tue superos laudesque manebunt **80** Aen. I 290 **81** Coripp. Iust. II 61 quos tibi, quos

Nam neque me tantum venientis sibilus austri
Nec percussa iuvant fluctu tam litora nec quae
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
Me. Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Haec nos: 'formonsum Corydon ardebat Alexin',
Haec eadem docuit: 'cuium pecus? an Meliboei?'
Mo. At tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret,
Non tulit Antigenes (et erat tum dignus amari)
Formonsum paribus nodis atque aere, Menalca.

85—87 *Mopso continuat*, 88 *sqq. Menalcae dat Deuticke* donauimus R_2 ς ecce cicuta *Schrader* **89** nunc P_1 tunc P_2 ς condignus *Voss*

---

82 *sqq.* Theocr. I 7 VIII 76 (*ad v.* 45) XI 43 (*ad* IX 43) **83** Claud. V 221 percussa Ceraunia fluctu **85** Theocr. VI 43 χὠ μὲν τῷ σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν **86** *sq.* II 1 III 1 **88** Theocr. VII 43 'τάν τοι' ἔφα 'κορύναν δωρύττομαι' 128 ὁ δέ μοι τὸ λαγωβόλον . . ὤπασεν **89** Aen. II 407 VIII 256 IX 622 XII 371 Claud. rapt. II 172 Damasus IV 3 Anth. lat. 671, 110 non tulit — Theocr. VII 4 'Αντιγένης — Carm. ep. 650, 2 dignus, set dignus amari **90** Theocr. XVII 31 τῷ δὲ σιδάρειον σκύταλον κεχαραγμένον ὄζοις (ἔδωκεν)

3 ss. ~ Callim. fr. 1 Aet. Prol.

4 vellit pf. vulsi / velli

Prop. III 3 ; Hor. IV 15

Tityrus = poeta ~ ecl. I

recusatio: cf. Prop. I 7

9 ~ X 72

9 non iniussa (sc. a Gallo) cf. ἐϰ̣ῶν ἀπέδουν Call. fr. 1

varus Alfenus (< Cremona ~ IX 26 ss.)

pergite, Pierides ~ ἄρχετε, Μοῦσαι

8 non iniussa cano : cf. Hermann, Latom. 23 (1964) 77–80:

accepta iussis carmina ~~cepta~~ tuis 8, 11 f.

~ E 4 Pollioni compositum